Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



carne circumcisio · sed qui in abscondito iudeus · & circumcisio cordis in spiritu non littera cuius laus non ex hominibus sed ex deo est. Quid
quod amplius est iudeo aut quid utilitas circumcisionis · Multum
omnimodis · Primum quidem · quia credita sunt illis eloquia di-
Quid enim si quidam illorum non crediderint · Numquid incredulitas
illorum fidem dei euacuauit · Absit · Est enim deus uerax omis autem
homo mendax · sicut scriptum est · Vt iustificeris in sermonibus
tuis · & uincas cum iudicaris. Si autem iniquitas nostra
iustitiam dei commendat · quid dicemus · Numquid iniquus est deus qui
inferat iram · Secundum hominem dico · Absit · Alioquin · quomodo
iudicabit deus hunc mundum · Si enim ueritas dei in meo mendacio habundauit in gloriam ipsius · quid adhuc & ego tanquam
peccator iudicor · & non sicut blasphemamur · & sicut aiunt
nos quidam dicere · faciamus mala ut ueniant bona · Quorum
damnatio iusta est. Quid ergo · Precellimus eos · Nequaquam · Causa
enim sumus iudeos & gentiles omnes sub peccato esse · sicut scriptum
est · Quia non est iustus quisquam · non est intelligens non est requirens deum ·
Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt · non est qui faciat bo-
num non est usque ad unum · Sepulchrum patens est guttur eorum · linguis suis
FRS.
u a s l e · Quorum os m & a p e u p e ad e s Contricio &
inf iu e & u p n c non e t di a o eorum. Scimus autem quoniam
quecumque lex loquitur his qui in lege sunt loquitur ut omne os obstru-
atur & subditus fiat omnis mundus deo · quia ex operibus legis
non iustificabitur omnis caro coram illo · Per legem enim cognitio
peccati · Nunc autem sine lege iustitia dei manifesta
ta est · testificata a lege & prophetis · iustitia autem dei per
fidem ihu xi in omnes & super omnes qui credunt · Non est enim
distinctio · Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei · iustifi-
cati gratis per gratiam ipsius per redemptionem quae est in xi ihu ·
quem proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius
ad ostensionem iustitiae suae propter remissionem praecedentium
delictorum · in sustentatione dei ad ostensionem iusti-
tiae suae in hoc tempore · ut sit ipse iustus & iustificans
eum qui ex fide est ihu xri domini nri · Vbi est gloriatio tua ·

II.